



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Epistola II. Gregorii Papae VIII. Ad Omnes Fideles. De iejunio seruando ad
placandum Deum offensum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

peccatis suis , de quibus rectam confessionem fecerint , impositæ satisfactionis relaxationem de omnipotentis Dei misericordia , & apostolorum Petri & Pauli auctoritate & nostra se nouerint habituros . Bona quoque ipsorum , ex quo crucem acceperint , cum suis familiis sub sanctæ Romanæ ecclesiæ , nec non & archiepiscoporum , & episcoporum , & aliorum prælatorum ecclesiæ Dei protectione consistant , & nullam de his quæ in susceptione crucis quiete possederunt , donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur , sustineant quæstionem , sed bona eorum integra interim maneant & quieta : ad dannas quoque usuras , si tenentur alicui , non cogantur . Nec eant in vestibus preciosis , & cum canibus , siue auibus , aut aliis quæ ostentationi potius & lasciuia , quam necessariis videantur usibus deseruire , sed in modesto apparatu , & habitu , in quo poenitentiam potius agere quam inanem affectare gloriam videantur . Datum * Ferrariae quanto Kalendas Nouembris , indictione † sexta .

* Apud
Nouembris
genesim
habetur,
Datum
Feretini.

† inchoata
videlicet.

EPISTOLA II.

GREGORII PAPÆ VIII.

AD OMNES FIDELES.

De ieunio seruando ad placandum Deum offensum.

Gregorius episcopus seruus servorum Dei uniuersis Christi fidelibus , ad quos literæ istæ peruerenterint , salutem & apostolicam benedictionem .

NVNQVAM melius superni Iudicis ira pacatur , quam cum ex mandato ipsius carnalia in nobis desideria extinguntur . Proinde quia Hierosolymitanæ terræ discrimin , quod irruentibus Sarracenis nuper euenit , ex peccato maxime habitatorum terræ , & totius populi Christiani accidisse non dubitamus , nos de fratum nostrorum communi consilio , multis episcopis approbantibus , statuimus ut omnes usque ad quinquennium , saltum per omnes sextas ferias , in cibo quadragesimali ieunent ; & Missa , ubi cantanda fuerit , ad Nonam cantetur : quod ab aduentu Domini usque ad natale Domini statuimus obseruandum : feria vero quarta & sabba-

Concil. Tom. 28.

C

18 GREGORII PAPÆ VIII. EPISTOLÆ.

to omnes indifferenter, qui bene valent, a carnibus abstineant. Nos autem & fratres nostri in secunda quoque feria nobis & familiis nostris esum carnis interdicimus, nisi forte aut infirmitas, aut magna solennitas, vel alia euidens causa visa fuerit impedire; sperantes quod sic nobis ignoscet Dominus, & relinquet post se benedictionem. Hoc igitur adeo statuimus obseruandum, ut qui cumque transgressor extiterit, quasi prævaricator quadragesimalis ieunii habeatur. Datum Ferrariae quarto Kalendas Nouembbris.

Hæc Gregorius. Qui eodem mense adiecit alias, quibus statura literis Urbani papæ prædecessoris, etiam non obstante eius obitu, voluit suam habere firmitatem, & robur obtainere, quæ ab eodem Rōgero in annalibus Anglicis descriptæ sic se habent:

EPISTOLA III.
GREGORII PAPÆ VIII.
AD OMNES PRÆLATOS ECCLESiarVM.

Pro iustitia facienda & litibus componendis.

*Gregorius episcopus seruus seruorum Dei omnibus prælatis ecclesiarum, ad quos literæ istæ peruenient, salutem
& apostolicam benedictionem.*

QVONIAM ad episcoporum maxime spectat officium afflictis & laborantibus subuenire, vnumque illorum, licet deficientibus meritis nostris, Deus esse nos voluit, prospicere tenemur & volumus, ne quis ex fortuitis casibus per Romanæ visitationem ecclesiæ laboris sui, quem ad eam veniendo sustinuit, debito frustraretur effectu. Inde siquidem fuit, quod nos multorum prospicere volentes expensis, & alleuare labores, de consueta sedis apostolicae misericordia duximus statuendum, ut literæ prædecessoris nostri domini Urbani, a tribus mensibus ante ipsius obitum destinatae pro facienda iustitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifestum alicuius præiudicium non contineant, aut calumniam æquitatis, eumdem habeant tempore nostræ administrationis effectum, quem habere, si adhuc viueret, debuissent. Cessante